

Acquisto di un terreno a Brusio da parte della vicinanza di Brusio Brusio, 18 novembre 1549

*Giacomo fu Antonio di Giacomino di Fancheto di Bustachio di Brusio vende allo zio Pietro fu
Giacomino di Fancheto di Bustachio di Brusio un pezza di terra campiva in contrada di Brusio a ? per
il prezzo di 80 lire imperiali.*

Aquistum Petri filii condam ser\$ Jacobini Fancheti de Bustachio ey factum per Jacobum eius nepotem.¹

In Nomine domini Amen Anno a Nativitate ipsius Millessimo quingentessimo quatragesimo nono inditione octava die lune decimo octavo mensis novembris. Jacobus filius condam Antonii Jacobini Fancheti de Bustachio de Bruxio communis Pusclavii fecit et facit venditionem datum et cessionem et totius suy iuris dominij et possessionis translationem et traditionem ad proprium et secundum usum et consuetudinem communis Pusclavij in manibus Petri filii condam suprascripti Jacobini Fancheti de Bustachio jbi presentis stipulantis et recipien(tis suo proprio nomine, Nominative)² de petia una terre campive iacente in contrata de Bruxio in loco ubi dicitur.....³ que est per mensuram stariorum duorum ad iustum mensuram communis Pusclavij cuy choeret amane ganda ameridie suprascripti vendoris asero Johannis filii condam Betini de Nusio et anullora Julliani filii condam Martini de Bustachio, salvo semper erore choerentiarum ita quod si alie vel aliter reperirentur suprascripte choarentie vel aliqua earum quod semper stetur veritati et in hoc instrumento venditionis semper intelligentur vere et iuste fore aposite et deducte et hoc cum omnibus suis iuribus et pertinentijs vijs acesis finantijs ingressibus egressibus et regressibus aschuis paschuis aquis aquaductis et aquarum iuribus et generaliter omni alteri iuri beneficio integrum spectantibus et pertinentibus predictus emptor habeat teneat gaudeat et possideat predictam petiam terre superius choarentiam et venditam cum omnibus suis iuribus et pertinentijs et exinde de ipsa fatiat et facere posit iure suo proprio quid quid facere voluerit et ey placuerit et hoc sine vetu et contraditione suprascripti vendoris et eius heredum et cuiuslibet alterius persone. Insuper suprascriptus vendor predicto emptori dedit tradidit atque mandavit omne suum ius omniaque sua universa iura et omnes suas actiones comunes reales personales directas et jpotecarias privilegia et prorogativas sibi spectantes et pertinentes spectantia et pertinentia quod quos quas et que habet seu habere poterat ante hoc instrumentum venditionis celebratum, preterea dedit et tradidit atque mandavit plenam parabolam et licentiam intrandi egrediendi et aprehendendi corporalem possessionem et tenutam in et super predictam petiam terre campive superius choarentiam et venditam cum omnibus suis iuribus et pertinentijs. Quam vero venditionem et predicta omnia et singula suprascriptus vendor predicto emptori promisit et solempniter per stipulationem convenit obligando omnia sua bona pignori presentia et futura omni tempore defendere et guarentare ab omni persona comuni collegio capitulo et universitate et hoc in pena et sub pena duplij pretij infrascripti et omnium expensarum solempni stipulatione premissa et deducta et ipse vendor teneatur in se suscipere omnem causam casum et litis eventum que monetur vel que exinde moneri contingit et hoc a prima citatione inantea et denuntiatione premissa omnibus suis propriis dampnis expensis et interesse et eius heredum et sine dampnis expensis et interesse suprascripti emptoris et eius heredum et hec omnia in bonis dinariis numeratis tantum et non in aliqua alia re contra voluntatem suprascripti emptoris et eius heredum. Et pro qua venditione et pro predictis omnibus et singulis contentus et confesus fuit et est suprascriptus vendor se recipise et habuisse a suprascripto emptori libras octuaginta imperialium et hoc in solutione et pro completa et integra satisfactione huius instrumenti venditionis et predictorum omnium et singulorum, renontiando exceptioni dicte pecunie non date non recepte nec ita habite in toto nec in parte et huius instrumenti venditionis non ita facti et predictorum omnium et singulorum non ita factorum in toto nec in parte, et generaliter omni alteri iuri legum et auxilio alegationi exceptioni defensioni omnique probationi in contrarium, renontiando omnibus statutis consillijs legibus iuribus provisionibus et ordinamentis communis Pusclavij et cuiuslibet alterius communis factis et fiendis in contrarium. Et de premisis omnibus et singulis rogaverunt me notarium infrascriptum ut publice confitiam instrumentum unum et plura in laude viri sapientis si necese fuerit. Actum Bruxij in stufa Jacobini Johannis de Gaspero. Interfuerunt ibi testes ad hec vocati et rogati videlicet suprascriptus Jacobinus de Gaspero, Fanchinus filius condam Dofi de la Costa, Menicus filius condam Tome Bernardi de Pesio omnes de Bruxio noti et jdoney.

¹ Scritta sul dorso della pergamena.

² Buco nella pergamena

³ Buco nella pergamena

(ST) Ego Johannes publicus imperialy auctoritate notarius communis Pusclavij filius condam ser Antonii de Paravicino hoc instrumentum venditionis et predictorum omnium et singulorum rogatus tradidi scripsi et in fidem me subscripsi.

(Archivio parrocchiale cattolico di Brusio)